

DE RERVM

Copia Commentarius Secundus. Et mox
de prima locupletandi ratione.



Osteaquam de uerborum Copia
que ueniebant in mentē qua po-
tuis breuitate diximus, reli-
quum est, ut simili compēdio de
Rerū copia perstringamus, Atq;
ut hāc operis partē exordiamur
ab ijs, quæ superiori generi sunt,
quāmaxime finitima. Prima locupletandæ sententiæ ra-
tio uidetur, si qd' summatim ac generatim dici poterat,
id latius explicetur, atq; in partes diducatur. Quod qui-
dem perinde est, ac si quis primum mercem per trāsena-
nam ostendat. Deinde eandem euoluat, aperiat que ac
totam oculis exponat. Huius rationis id erit exemplum.

R E M uniuersam luxu perdidit. Eam sen-
tentiam in summa cōprehēsam, quasiq; conuolutā hūc
ad modū licebit euoluere. Si plurimas possessionum for-
mas enumeremus, sicq; uarias perdendæ rei uias expli-
cauerimus. Quicquid uel matris uel patris nomine hæ-
reditate obuenerat. Quicquid aliorū affiniū morte adue-
nerat. Quicquid ex uxoris dote, quæ quidem neutiquā
erat uulgaris accesserat. Quicquid ex legatis accreuerat
(accreuerat autē permultū) Quicquid ex principis ac-
ceperat liberalitate. Quicquid peculij castrensīs cōfla-
uerat. pecuniam omnem, uasa, uestes, fundos, agros, unā
cum ipsis & uillis & pecoribus. Breuiter rem omnem
seu